

Bucephalus. Sic suppositio personalis quoque fit de supposito
sive individuo ratione destituto, imò & de universalibus.

a) *Bannes* lib. 2, tract. 1. c. III. de suppos. p. 124.

b) citato loco.

c) lib. 2, c. I.

d) *Institut. Dialect.* lib. 8, c. 24. p. 571.

e) *Summul. Controv.* I, de suppos. term. p. 7. puncto 5. parag. 4.

f) *Summul. disput.* II, de term. propriet. sect. III. p. 26. §. II.

g) *Summul. Controv.* I, de suppos. p. 8. puncto 5. parag. 41.

§. XXXI. Dicitur aliàs suppositio simplex, suppositio immobilis, quia propositionem immobilem reddit, cujus subjectum non licet in inferiora partiri; item suppositio præcisè, ut sic, abstractè.

§. XXXII. Signa suppositionis simplicis sunt

Primum sup-
positionis sim-
plicis signum,

1. Nullum nomen commune notatum signo aliquò, sive universali sive particulari, accipitur simpliciter. Cum enim dicimus: Omne animal vel aliquod animal, vel nullum animal &c. semper sumimus nomen animal pro animalibus, quæ sub animali communi continentur: non igitur pro animali communi præcisè spectato abstractè à singulis tum individuis, tum speciebus, & ita se res habet in cæteris.

Secundum,

2. Omne nomen commune, de quo verè affirmatur, aliquod ex his: Genus, Species, Differentia, Proprium & Accidens, supponitur simpliciter v. g. Homo est species, Animal est genus.

Tertium,

3. Omne nomen commune, sub quo non licet descendere, supponitur simpliciter.

§. XXXIII. Quomodo verò personalem suppositionem cognoscere possimus, sequentia animadvertenda veniunt documenta.

Primum sup-
positionis
personalis do-
cumentum,
Secundum,

1. Nullum nomen, quod sumitur simpliciter, personaliter supponitur.

2. Omne nomen commune signo aliquo universali vel particulari notatum, personaliter accipitur. Est hoc aureum signum,

quo